



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Iugum Ecclesiae quomodo est aggrauatum, uel potius alleuiatum. Caput
XL.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

habent regem abyssi, cui nomen exterminator est ne læderent scenum terræ: hoc est, humiles corde. Neque omne scenum viride, hoc est, eos qui crescunt in gratia, & fructum adferunt in patientia, salutemq; suam cum metu & tremore operantur.

Iugum Ecclesiæ quomodo est aggrauatum, uel potius alleuiatum. Caput XL.

QVI iugum ecclesiæ aggrauatum causantur per prelatos siue pastores, nihil eis suffragatur. Nam hanc ipsa virtus & sapientia patris quæstionem vel cauillationem diluit, dicens: Quæcunq; dixerint vobis, facite, secundum opera verò eorum, nolite facere. Nam dicunt & docent utilia & bona multa, ordinant & decernunt multa, quæ pacis, salutis, pietatis, honestatis, & iusticiæ sunt, quæ ipsi digito suo minimo tangere nolunt. Vos autem facite illa: Iubet facere quæ præcipiuntur salutifera: quæ si talia nõ fuerint sed cū Deo vel sanctis maiorū decretis pugnãtia, tūc Deo potius quam hominibus est obediendū. Vult namq; Deus, vt omnia honestè & secundum ordinem fiant in nobis: eò quòd ea à q̄ Deo sunt, ordinata sunt. Vnde videmus duce spiritu sancto, p pastores & doctores oĩa decetissimè, pulcherrimè & sanctissimè ad exēplar Hierusalē cælestis esse ordinata. Quæ dum seruãtur obediēter à subditis, ecclesia malignis spiritib⁹ terribilis est, vt castrorū acies ordinata. Sic stellæ (hoc est, fideles lucētes in firmamētō ecclesię) p opa bona, ad gloriã patris q̄ in cælis est) in ordine suo manētēs & cursu, cōtra diabolū & p̄cipēs tenebrarū pugnāt, & triūphū referūt de hostib⁹ gloriosum. de quo ordine q̄ recedunt, retro post Satanã abeunt, ad vomitum reuertūtur & seculum, corruunt in mortem, traduntur in manus inimicorum & gladij, partes vulpium fiunt, capiuntur in iniquitatibus suis, funibus peccatorum suorum con-

strin-

A.

Matt. 23.

Act. 5.

et 4.

1. Cor. 14.

Rom. 13.

Cant. 5.

Judith. 5.

1. Tim. 5.

Iob. 10.

stringuntur, & captiui ab hostibus tenentur ad eorum voluntatem: Adducuntur in regnum diaboli, vbi nullus ordo, sed vmbra mortis & sempiternus horror inhabitat.

Vniuersales sacrae scripturae resolutiones illustrationesq; factae sunt per patres & concilia. caput XLI.

A **Q** Vis obsecro, omnes leges, sententias & conclusiones enumerare potest, aut scribendo in ordinem redigere, quae pullulant fluunt & resolui possunt ex illo dicto Christi: Quaecumq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Item, facite dignos fructus poenitentiae. Et ex illa, Luceat lux vestra coram hominibus, &c. Item: Contendite intrare per angustam portam. Item: imitatores Dei estote, sunt filij Charissimi, & ambulate in dilectione. Item: Quaecumq; sunt vera, quaecumq; pudica, quaecumq; iusta, quaecumq; sancta, quaecumq; amabilia, quaecumq; bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate, quae & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Et reuera imitatores Apostoli esse debemus: quia semetipsum formam nobis dedit, ad se imitandum. Item, Nemini date ullam offensionem. Et ab omni specie mala, abstinete vos. Placeat omnibus in bono ad aedificationem. Quae pacis sunt sententiae: Et id genus sententias multas nimis in sacris literis legimus, quas dum legum conditores, & sacrae scripturae expositores in casibus particularibus qui quotidie occurrunt, resoluunt & illustrant certe totus mundus non posset capere libros complectentes leges, sanctiones, ordinationes, statuta & regulas quae scribendi forent. Impie, falso, mendaciter, & diabolico modo & malicia, arguunt, danant, fugillant patrum regulas, statuta ecclesiae decreta, & id genus alia, cum nihil aliud sint, quam nucleus scripturae, via regia & arcta quae ducit ad vitam. Sed cum ipsi mali sint, desperati, in reprobum sensum

Matt. 7.

Luc. 6.

Matt. 3.

Matt. 5.

Matt. 7.

Eph. 5.

Phil. 4.

2. Thes. 3.

2. Cor. 6.

1. Thes. 5.

1. Cor. 10.

Rom. 14.

Ioan. 21.

Mat. 7.